



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Lavrent. Ivstiniianvs. 8. Ianuarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

S. LAVENT. IVSTINIANVS.  
8. Januarii.

**A**Nnum agenti IVSTINIANO decimum nonum induita virginem Divina Sapientia amplexum tulit, & osculum. Ab eo tempore omnis illi mundus desipere, una sapere religio. Ad hanc cùm se récepisset, fuit qui, cùm familiaritate (quæ ei cum LAVRENTIO intima erat) destitutu se indignè ferret, ad septa monasterii cum totâ acie sodalium veniret: cornu unum citharoëdi, alterum armati tenebant. Sed utrumq; perrupit LAVRENTIVS, captumque verbis Sodalem in sua juriare verba, manusque dare religioni coëgit, plaudentibus utique Superis, quod jam Theseus Pirithoum suum, nō ad orcum, sed cælum comitaretur. Post tamen LAVRENTIVS ad insulam extractus, pater pauperum, &c hostis superborum audiit, mirandaque egit plurima. In ore illud crebrò habuit: *eam demum esse veram sapientiam, scire Deum omnia esse, at nihil, hominem, & illud: calo excludendos omnes fore opulentos, nisi ejus janitores pauperes piâ manu corrumperent. Ego palmarium id puto: perituras Venetias fuisse, pessimò Sodomorum exemplo, nisi potentior apud DEVUM Abrahamo LAVRENTIVS intercessisset.* Porro moriturus piamas

C respuit,

34 *Vita Sanctorum.* 9.IAN.  
respuit, memor quād duro lectulo  
Christus obiisset. Et tamen sine plumis  
in cālos evolavit anno M.CCCC.X.  
cūm justa illi homines inter Angeli  
persolverent, funeris dicam, tibicines,  
an virtutis buccinatores? Ex Surio.

S. IVLIANVS M. 9.Januarii.

IVLIANVS unicus parentum clarissi-  
morum filius primā aetatem Mufis  
consecravit. Ea virginēs in clientis sui  
pectus amorem virginitatis cum literis  
instillarunt. Sed obstitere votis paren-  
tes, castas aures Hymenæo identidem  
pulsantes. Itaque à cālo antē per som-  
num armatus BASILISSAM duxit.  
Verū precantes thalamo cælestis pri-  
mū odor afflavit; mox de servando  
pudore piē sermocinantibus cum MA-  
TRE aliisque Cælitibus CHRISTVS  
supervenit, qui & audentibus animos  
addidit, & utrinque nomina vitæ li-  
bro descripta ostendit. Ita virgo obiit  
BASILISSA; IVLIANVS vero etiam  
Martyr; qui dum ad Iudibrium totā ur-  
be vinclitus circumducitur, CELSVS,  
mali judicis non malus filiolus, conspi-  
catur eum non tam inter lictorū, quād  
Calitum manus inambulare, Pedes  
proinde martyris complexus, & Chri-  
stum puer non pueriliter, & ipse fassus,  
cum IVLIANO ad ignem damnatur.  
Sed virtus proba è flammis splendidior

nimi-